



D. FRANCISCI  
**SALGADO**  
DE SOMOZA,  
LABYRINTHVS  
CREDITORVM.

42  
-----  
731



D. FRANCISCI  
SALGADO  
DE SOMOZA,  
IN REGALI CANCELLARIA  
VALLISOLETANA SENATORIS,  
LABYRINTHVS  
CREDITORVM CONCVRENTIVM  
AD LITEM PER DEBITOREM  
communem inter illos causatam.

TOMI DVO.

Editio nouissima, Antuerpicus, Veneta, & Francofurtensi, multo aptior & emendatior.

CVI ACCESSERVNT.

Decisionsum S. R. R. *Centuria dua* ad materiam eiusdem Tractatus collectæ.

Prior à *Perillustri & Excell. D. V. I. D. ANDREA CENSALIO* *Rota Perusina & Provincie Umbria Auditore Generali*

Posterior vero à *D. NICOLAO ANTONIO I. V.* *Doctore & Professore.*

Accessit etiam Tractatus *de Concurſu & privilegijs Creditorum in bonis Debitorum* Auctore  
Licentiate *AMATORE RODRIGUEZ.*



LUGDVNI  
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS





ILLVSTRISSIMO  
ET REVERENDISSIMO  
DOMINO,  
DON FERDINANDINO  
CAMANO, DE ANDRADE,  
ET SOTOMAYOR PALENTIÆ  
primùm Antistiti,

ARCHIEPISCOPO BVRGENSI, EPISCOPO SAGVNTINO  
Beatissimo nunc Pontifici Compostellano; dignissimo aliàs Regni  
Nauatræ Pro-regi, & Duci generali, atque in Cantabricarum re-  
rum Consilio (victoriæ tunc erat) grauissimo Præsidi integerrimo;  
Toparcharum de Villa-Garcia spectabilium, domumque de Vista-  
Alegre, de Barrantes, & de Rubianes clarissimo Dynastarum filio,  
fratri, Patrono.

**E** GALIS pelagi horrendas syrtes (ILLVSTRISSE PRINCEPS) bi-  
forme monstrum, oblatrantemque charybdim, obstrusissima quæ-  
que arcana dissoluta, crebras inter ministerij bellicationes strenuo  
parta labore, publicæ iam exposita luci, propria properat affectio  
haud vllò circumlita fucò gloriosæ tantæ nuncupationis imagine  
conuestire: non vt meam in te obseruantiam designem, néve vt honorificentissi-  
mum tutelare obtester studium, abundè nota ea est, ne tu creperus plusquam sa-  
tis liberale hoc, neque ego in spe gratabunda deses; sed in Procerum, legitimo-  
rum structuræ, istiuscæ patrociniò creditorum, concursu tibi primas iure oprimo  
deferre nostro ne animo excidisse reare. Impatienti sanè amoris ardore posside-  
bar iucundum aliquid perofficiosè deuinctionis specimen.

*Hoc lege quod possis dicere iure meum est.*

Tennis ceterùm antipelargesis eucæria gratitudinis ostendendæ votum accepta  
decreuit beneficia trabali clauo figere (taues enim mihi ac meis largè, cumulis  
beneficentiarum maximis) operosum recognitionis monumentum tuo nomini  
tot nominibus debitum consecrare, præclaro probitarum sacello, perfectissimo  
viro heroi vndique mirum in modum sublimi, liberalitate, morum comitate,  
sermonis lenitate, fide, integritate, pietate, iustitiâ, religione, prudentiâ, animi tan-  
dem & corporis virtutibus ornatissimo;

*Marialis  
lib. 1. ep. 4.*



VIR CLARISSIMVS  
 D. D. D. MARTINVS  
 DE BONILLA  
 EXPRIMARIVS INTERPRES  
 SACRORVM CANONVM EMERITVS  
 SALMANTINVS,

ET IN PRINCIANA CVRIA REGIVS CIVILIVM  
 caufarum Auditor, & aulae Praefes; nunc verò Senatus Regij patrimonij  
 Confiliarius meritiſſimus, de Auctore & Scripto alloquitur.

AD LECTOREM.

**R**em gratiſſimam tibi, iudicioſè Lector, ſalutarum ſcio, ſi in ipſo operis vestibulo  
 exhibuero, quæ eius Auctori; non quæ meam à te ignoratum: ſed quæ ut à me  
 noueris, opio. Nomen illi D. D. D. FRANCISCVS SALGADO DE SOMOSA prima,  
 veteriſque Gallaciæ Nobilitatis: ſanguinis puri, & ab omni externa illuſie deſa-  
 ciat: natalium integrorum. Parcò tamen conſultò hiſ, qualia, licet natura mul-  
 ta indulſerit, indulſit ei adhuc immerenti. Sed, quod minimum eſt, nec ipſas naturales dotes, diſ-  
 ſimulabo; ſpecies enim corporis, ſimulachrum eſt mentis, ſigraque probitatis. Aſpectus gratus, la-  
 tusque ſuaves decore plena, membra integra benèque compacta; ſtatura proceræ, quam mediæ pro-  
 pter, cuique quadrata non obuſa; vultus candidans, nec decolor; obtuſus grauis, inceſſus modeſtus,  
 corporis reliqua poſitio in affectatâ: denique in Virò Senatorem videas, nam virtutis necdum ſenilis  
 etas, paſſique caui, commendationem argent, nullo decoris diſpendio. Nec froſtra hæc in eum natu-  
 ram conſulſiſſe exiſtimandum eſt, quæ neſcit ineptire ſanè quale corpus, talis animus: eſt eximius  
 comitate, ſed quæ nihil derogat maieſtati Senatoriæ quæ pollet admodum benignus, manſues, per-  
 uinus, iudicio valens, abundè doctus, incorruptus, vindex, aſſertorque iuſtitia, firmiſſimus rationis  
 propugnator, diſertus index, certus, nec vacillans decifor, exactus, integerrimusque diſcuſſor, nec  
 præiudiciis, nec exemplis facile cedens, procul tamen ab amulatione aduerſus collegas, & vincere  
 in gloriam, & atteri ſordidum putat.

D. Ambr.  
 2. de Vitg.

Succedit, ut Te de ſcripto moneam, quod eſt præcipuum munus huius epiſtolæ: & ut altius cœ-  
 perim, cum decorem in celebratiſſimo conſiſtorio illo litterarum, Salmantina Academia Hiſpa-  
 niæ noſtra magiſtra venerabili: com, inquam, Pontificiam inſeſerem, non certè inglorius, ſed  
 publicis certaminibus hiſ, terque quaterque coronatus, & primariam adeptus palmam, quam  
 tandem emerat viginti continuis decurſis ſtipendiis ex legibus Academia, patriiſque: nullas  
 mihi Auctori magis frequens, aut præ manibus fuit, quam SALGADOVS noſter, in libris, quos pro tem-  
 pore emittebat in publicum, ſiue de regia protectione ageret, ſiue de retentione Bullarum, ſiue pro  
 doctrina ſua ad apoſtolicam ſedem ſupplicaret. Ex quibus, qualem, quantumque fructum doctri-  
 na collegiſſem; ut ſum mihi conſcius, ita & ab imo pectore grates reddo homini ad eruditionem  
 meam nato. Crede non palpatori, in dies admirabar virum diuini, humanique iuris peritiſſimum:  
 in arcibus Pontificum reſponſis expandendis, expendendiſque ſolertem: Sedulum, & Laborioſum  
 in referendis aliorum ſententiis, iudicioſum in approbandis, aut reprobandis. Quia immeret in  
 extollendis hiſ libris, quos Europa cuncta auarè perquiri, & enoluit. Quibus nouentis nihil au-  
 ctoritatis detraxit, gratia vero addidit multum.

Tacitus in  
 vita Agt.





# LABYRINTHVS CREDITORVM CONCVRRENTIVM AD LITEM PER DEBITOREM COMMVNEM inter illos caufatam.

## CAPVT PRIMVM.

Iudicium in concursu creditorum per debitorem communem caufatum, vt legitimum dicatur: quibus requisitis & quomodo formandum. Et quando fictum, & simulatum ( ne profit) dignoscatur. Et quot a simplici cessione bonorum dillet.

## SUMMARIVM.

- Operis inductio num. 1.*  
*Concursus creditorum iudicium cum miserabili simplici cessione bonorum remediolo, in nouitatis conuenit. num. 2.*  
*Concursus creditorum in quatuor genera diuiditur: primum quando creditores concurrunt ad effectum concedendi moratorium communi debitori. num. 3.*  
*Secundum, quando creditores inter se conueniunt, ad demittendam aliquam partem crediti. numero 4.*  
*Tertium, quando debitor ab uno conuenit, ceteri creditores se opponunt, & inter se de antelatione & priuilegio contendunt. num. 5.*  
*Quartum, de quo versatur sermo, quando debitor ipse ad concursum vocat suos creditores, vt bonis ab ipso cessis, & dimisit: Vnusquisque iuxta prelationem, & gradum prerogatiuam, creditum accipiat. num. 6.*  
*Vt iudicium concursus inter debitore commone, & creditores legitime formatur, sex requiruntur: De primo, ex num. 7. De secundo, ex num. 13. De tertio, ex num. 1. De quarto, ex num. 12. De quinto, Salgado Labyrinth, Credit. Tom. I.*

- ex num. 27. De sexto, ex num. 41. versalind.*  
*Debitor communis debet coram suo iudice comparere, dicens a suis creditoribus molestari, quod vt antea, credit omnium bonis contentis in lista, seu memoriali, ab ipso subscripto & iurato, vt ex illis creditoribus satisfiat iuxta gradus prerogatiuam, num. 7. & 8.*  
*Omnia requisita in formando concursu, tendunt ad finem, ut creditores defraudentur, vt in simplici cessione bonorum num. 9.*  
*Ad simplici cessionem bonorum debitor non admittitur, nisi prius in carcerem se constituat: & praecipue quando aliquis insistat creditor. n. 10.*  
*Contra in nostro genere concursu, quem extra carcerem format debitor. n. 11.*  
*Et eprone aliqua causa fuerit timens molestias, potest illum in iudicio debitor deducere, vt sciencium Iudex creditorei imponat. n. 12.*  
*Competens Iudex in hoc nouo concursu est ille, cui debitor subest. n. 13.*  
*Cessio nullius momenti est, si cedens etiam suam denarium reseruat. ibid.*  
*Libellam, seu memoriale iuratum & subscriptum, summam bonorum fidelem descriptionem continens, debitor tenetur simul cum dimissione & cessione, offerre: vt ad concursus beneficium admittatur. numer. 14. & num. 12.*  
*Depondere debet Iudex omnia bona a debitor cessis, & dimissa: apud fidelem administratorem, vel sequestrum n. 15.*  
*Depositum, debet esse integrum, alias nullum declaratur. num. 15. & num. 16.*  
*Simulatus concursus praesumitur, si debitor, postquam dimisit bona citatis creditoribus adhuc ea penes se retinet. num. 17.*  
*Simulatus iudicium est, si rem donans, aut cedens, adhuc in sua possessione eam retinet, maxime ubi concursus causa ad simulationem praesumendam. numer. 18. & 19.*  
*Depositum, vt legitimum sit, & effectus operetur, debet cum effectu fieri, & oblatio sola non sufficit. numer. 20.*

*in altat. de officio bonor. q. 41. princip. & q. 2. princip.*  
 Fontanella *de pactis nuptialib. tom. 2. claus. 5. gloss. 8.*  
*part. 7. m. 41.* Seraphinus *decis. 1133. num. 1.* Baptista  
 Libro *in compend. decis. Decem. verb. creditorum.* Ap-  
 ecla *de remissione pauperum. 3. de remedio debitorum.*  
 Ioan. Baptista Costa *de portione rata. q. 149.* Remo-  
 nius *consil. 10. Petr. Greg. lib. 12. Juraguar. c. 7. Paz*  
*in praxi. 4. p. tom. 1. c. 6. Parladot. 1. c. 5. part. 3. 7.*  
 n. 3. Amador Rodriq. *de executio. Bon. 35. cum seqq.*  
 Monterrolo *in praxi. tract. 2. Gutierrez de iurament.*  
 1. p. 65. Vfusid. ad Donellum *lib. 22. c. 9.* Nos obli-  
 ter in nostris commentariis ac *potest. Reg. 2. p. c. 4.*  
 n. 112. Coart. *lib. 3. variatum. c. 1. late Nicolaus de*  
*Pallibus de scriptura priuilib. 3. q. 5. de literis*  
*inducialib. Farinacius in praxi. tit. de carceribus. q. 29.*  
*per totam & de accusatio. q. 14. ex n. 8. cum seqq. &*  
*novissime tractatum scripsit Sanctius à Mello de*  
*induciis debitorum. vbi ad longum accuratè tracta-*  
*tum absoluit & ultra hos plurimi alij DD. hanc*  
*matetiam tractant, quos in vnum congregamus su-*  
*pra 1. part. c. 3. ex n. 15. & c. 4. n. 21. vers. quapropter*  
*ne committantur causa & c.*

- 67 Sed an in concedendis inducijs citandi sint om-  
 nes creditores tam presentes quam absentes, vel  
 68 sufficiat, quod maior pars eorum concedat, grauis  
 est inter nostros controversia, eo quod in iis, que  
 sunt communia pluribus, vt singulis, & in quibus  
 maior pars præiudicat minori, provt in nostro ca-  
 sū, de sublimitate eius est eum citatio, & vt  
 omnes audiantur *dist. 1. & sum. baredem. 3. hodi. ff.*  
*de pactis. Book. text. celebris in l. si procedat. 38. §. Lu-*  
*cius. ff. mandati. ubi sed cum proponat eum absuisse. An-*  
*quam est, auferri et electionem.* Ex quibus iuribus  
 prædictam doctrinam deduxere Barr. in *Lomnes po-*  
*pulo. ff. de insti. & iur. in 3. q. 2. g. prim. Alex. consil. 201.*  
 n. 1. lib. 2. & ex alijs Sardus *consil. 390. n. 12. & seqq.*  
 69 Et per hoc fundamentum ita expressè, vt accor-  
 dium presentium creditorum absenti non citato  
 præiudicet non possent Albertic. & Aycin.  
 Bald. Salicet. & Alex. in *dist. l. rescriptum. ff. de palli.*  
 Alex. Trentacinq. *variarum resolutionum lib. 3. tit. de*  
*salutionib. resolut. 2. n. 9. Paz in praxi. tom. 1. q. p. c. 16.*  
 n. 3. Greg. Lopez in *dist. l. 5. tit. 13. l. 1. n. 5. p. 5.*  
 communiter receptum dicit Mendez in *praxi Lu-*  
*ficava. lib. 3. c. 11. §. 6. m. 61.* quidquid contrarium se-  
 quatur federe distinctionis Mello in *tractat. de in-*  
*ducis. q. 6.* vt hæc doctrina procedat, quando agitur  
 inter creditores de remittenda parte debiti, non  
 verò quando agitur de concedendis inducijs de-  
 bitori, vt hoc casu non sit absentium necessaria ci-  
 tatio, sed eis presentium maior pars præiudicet.  
 Nec ista, que pro huius posterioris distinctionis  
 membro loquentia de præiudicio absentis vult  
 ponderare, et assistunt, cum rectè verificetur, &  
 vt in q. possit stare absentes esse, & citatos fuisse.  
 70 Deinde cum ad effectum committendi partem de-  
 biti & ad concedendas inducias omnes creditores  
 in vnum debeat congregari pro vt expressè pro-

bant iura omnia ciuilia, & regia, & fatetur, ac latè  
 probat ipse Mello in q. 10. per totam per necesse se-  
 quitur ad præambulam citationem, & conuoca-  
 tionem eorum de omnium præiudicio agatur, ut que  
 ideo à communi non erit recedendum, quæ certa  
 est, & vera.

Fatetur tamen distinctionem Sanctij à Mello  
 rectè præcedere, vbi adest consuetudo, ne credito-  
 res ad concedendas inducias debitori in vno, &  
 eodem loco congregentur, & coadunentur, quia  
 tunc cum à singulis creditoribus separatim possit  
 fieri inducium concessio, pro vt in multis pro-  
 uincijs hæc viget consuetudo, vt per Gratianum  
*disceptat. 212. n. 7.* post Paz, Ioan. Guiser. & Rebus-  
 sum, quos allegat, & sequitur ipse Mello q. 10. ex  
 n. 10. & seqq. affirmans in Hispania formam con-  
 gregandi in vno loco non obseruari, provt reuera  
 non obseruatur. Nam semper debitoris inducias  
 postulant à singulis separatim creditoribus, & pri-  
 uatim, & postquam maioris partis assensum ha-  
 bent, illum superioris decreto confirmari procu-  
 rant, vt princeps noti sint, aduersus minorem par-  
 tem, quam tamen nullam in super fore ad con-  
 firmationis iudicium, vt cogantur maioris partis  
 71 accursio stare, rectè consulit ipse Mello n. 21. in  
 fin. quod ex plurimis Doctoribus confirmat, &  
 prædictum requisitum dicit Gratianus *d. disceptat.*  
 212. n. 26. vt absque hac superioris confirmatione  
 parti creditorum tenentur non præiudicet.

Sed an induciae, concessæ per creditores debito-  
 ri, pro sint eius hæc iudicibus ad pactes traditè dis-  
 purat Mello in *d. de induciis debitorum. q. 15. per*  
*totam. & ex n. 7.* prode se affirmat ratione pacti, &  
 iuribus, & fundamentis, rectè comprobat viden-  
 dus Et idem affirmat inducias curris *ex n. 15. 75*  
*per leg. idem in dubio. & l. heredi. ff. de pactis.*  
 & *l. si duores. ff. de duobus reis.* vbi bene declarat eam-  
 dem inter videndus. At differentiæ moralitæ per  
 principem debitori concessæ, quæ regulariter eius  
 hæc iudicibus non prodest, nec ex talè iure pos-  
 sunt, pro vt latè superius comprobauimus *ex n. 16.*  
*cum multis sequentibus.* vbi de limitationibus.

Atque insuper attendere debes quod in conce-  
 72 dendis inducijs de veritate crediti creditorum de-  
 bet constare, non per concessionem debitoris, nec  
 per scripturam priuatam, nec per crediti simula-  
 tum, ac fictum, nec per recognitionem schedulam  
 ipsius debitoris, quia tales creditores non possunt  
 præiudicare alijs veris creditoribus Latè de sin-  
 gulis differit Sanctius à Mello *d. tractat. de induciis de-*  
*bitor. in q. 11. per totam.*

Sed an induciae concessæ per maiorem partem  
 73 creditorum confirmatæ per sententiam Senatus,  
 aut Prætoris pro sint heredi debitoris aduenti  
 cum beneficio inuentarij, latè videbis apud  
 Vincent. de Fraach. *decis. 79. per totam.* vbi multis  
 fundamentis negatiuè resoluit, per te videndus,  
 sequitur Amendula *lib. 3. additum. n. 16.*

